



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

8. Ecclesias exemptas quascunque Ordinarij locorum visitent vt  
reparentur, & cura animarum sollicitè habeatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

24. Capitulum si habeat vnitatis mensae nonnullas Parochiales, quibus ab immemoriali tempore deseruiri fecit per Vicarios ad eius nutum amouibiles iuxta facultatem sibi à Sede Apostolica concessam prauo examine, & approbatione Episcopi, poterunt huiusmodi Vicarij amoueri ad nutum Capituli; ab Ordinario vero non nisi ex causa legitima atque probata, propter quam etiam si perpetui essent, amoueri possent. Ita dicit decissum fuisse Nicol. Garc. in addit. ad part. 1. c. 2. num. 97.
25. Vicarij, seu Parochi in Ecclesia exempta animarum curam exercere intendentes prius approbandi, & examinandi sunt ab Episcopo, iuxta dispositionem cap. per exemptionem, de priuileg. lib. 6. vt per Aldan. d. tit. 2. num. 16. vbi refert sic fuisse decissum in Capitulo 23. Iunij 1629.
26. Parochi pro cura animarum non possunt deputari, nisi de consensu Episcopi, ac prauo examine, vt per Aldan. vbi proxime, referentem sic decissum in Pisanien. 5. Iunij 1627.
27. Episcopus potest examinare & approbare Vicarios Ecclesiarum Parochialium vnitatum, & dependentium à religione Hierosolymitana, & debet eosdem Vicarios, si idonei reperi fuerint, simpliciter approbare, non autem ad tempus, etiam si sint temporales, nec possunt pro libito eosdem subijcere nouo examini, vt per Aldan. d. tit. 2. num. 17. afferentem ita fuisse resolutum in Angustana iurisdictionis 14. Decembris 1630. Nisi superuenierit noua causa & suspicio ignorantiae, quia tunc potest Episcopus eosdem iterum examinare ad effectum cap. 6. sess. 21. de reformat. ex Aldan. vbi sup. dicentem sic resolutum in Paecentina 16. Augusti 1628.
28. Nominatio Vicarij perpetui Parochialis vnitatis spectat non ad Ordinarium, sed ad eum, cuius est beneficium, in quo erigitur vicaria, vt statuitur in constit. Pij V. incip. An exequendum, sub dat. Kal. Nouembris 1567. in illis verbis, Voluimus insuper, et ita mandamus quod dicti Vicarij perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesijs vnitatis ponentur cum Episcopi Ordinariorum, seu eorum Vicariorum prauo examine, & approbatione, deputentur, & sic per hanc constitut. fuisse decissum, refert Nicol. Garc. p. 9. cap. 2. num. 295. vbi nu. 309. resolut illam habere locum etiam quando vicaria vacant in mense referuato, seu cadunt sub alia referuatione; & num. 316. subdit in eiusmodi Vicarijs perpetuis ex hoc decreto, vacantibus in mensibus Apost. seu alijs referuatis, posse fieri praesentationem, seu nominationem, & deputationem, non obstantem referuatione; ita tamen quod Vicarij deputati teneantur expedire nouam provisionem, nec alijs ad possessionem admitti possint, ex d. constit. Pij V. quatenus statuit quod Vicarij perpetui pro tempore deputandi teneantur expedire nouam provisionem, & soluere annuatam pro portione fructuum sibi assignata, pro qua debet fieri detractio in solutione quinquennij.
29. Cura animarum in Parochialibus vnitatis Capitulis Cathedralium, seu Collegatarum Ecclesiarum ita exercenda est. Primo si incumbit certae personae, per illam exercenda est; si imminet toti Capitulo, vt per singulos per vices exerceatur, cogendi sunt ad illam exercendam, vt notatur in cap. statutum, de elect. in 6. si spectat ad illum mensam, ita vt institutio illarum personarum, quae illam curam exercent, à nullo superiore facienda esset, Canonici non possunt compelli, vt nec per se ipsos, nec per Vicarios perpetuos illam exerceat. Glos. verb. mensam, in Clem. 1. de excess. Pral. & ibi Card. Imol. Anch. Idem dicendum si per Sedem Apost. eis esset indultum, vt per temporarios cura exerceatur; sed in istis duobus casibus postremis cogi possunt ad constituendos Vicarios

perpetuos, ita Nicol. Garc. p. 1. c. 2. num. 9.

An & quando Vicarius ad nutum amouibiles possit ante finitum annum seruitij amoueri? vide Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensat. de non residen. num. 18. & tom. 3. ad leges Gallia, tit. de mater. possess. in benef. art. 9. glos. vnic. in prefat. Flores de Mena d. quastion. 10. num. 34.

¶ Nisi ipsi Ordinaris, &c. ] Haec verba iustum arbitrium Ordinariorum exigere, & deinde quod id fiat in visitatione, vnde iustam causam necessariam esse vt erigantur perpetuae vicariae in Ecclesijs, in quibus iuxta praedicta poni poterant Vicarij amouibiles, qua deficiente iuste appellari resoluunt Flores de Mena. d. quast. 10. num. 47. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 8. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 72. num. 190. in mod.

¶ Pro bono Ecclesiarum regimine, &c. ] Non posse Episcopum perpetuum Vicarium institui, & quando pro bono pacis, & cessatione litium, rectaque beneficij gubernatione expediret nihil innouari, sed instituendum Vicarium ad nutum amouibilem, resoluunt Flores de Mena d. q. 10. Sanch. d. cap. 9. num. 191. vers. 5. fallit.

¶ Portione, &c. ] De hac congrua portione assignanda Vicario iuxta formam d. Constit. Pij V. vide dicta sup. cap. 3. in fine.

Oblationes sunt computandae in portione assignanda Vicarijs ex hoc decreto, & Bulla Pij V. & talis assignatio partibus citatis est facienda, ita Aldan. d. tit. 2. num. 18. vbi refert decissum in Turolen. die 2. Aprilis 1583.

Vicarius perpetuus Abbatie debet subire omnia onera respicientia curam animarum, & administrationem Sacramentorum, caetera vero omnia ad Abbatem, seu Commendatarium eiusdem Ecclesiae spectant, in qua est erecta vicaria, vt per Aldan. d. tit. 2. num. 20. vbi asserit sic fuisse resolutum in Eugubina 11. May 1594.

Omnia onera incumbentia Ecclesiae, in qua erecta est vicaria perpetua, pertinent ad ipsum Vicarium perpetuum, ex Aldan. vbi sup.

Vicarij merces detrahenda est ex fructibus parochiae vnitatis monasterio, non autem ex fructibus monasterij, refert decissum Aldan. d. tit. 2. num. 21.

Cura vnita Collegiata si imminet Archipresbytero, & Capitulo, ex bonis Archipresbyteri, & Capituli portio assignanda est, ita dicit resolutum Aldan. d. tit. 2. num. 22.

¶ Appellationibus. ] Vide Ceuall. commun. contra communes quast. 897. num. 613. part. 4. Aloyf. Ricc. in decis. euria. Archiep. Neap. decis. 136. part. 2. vbi de appellatione ab assignatione congruae portionis; & quod haec appellatio deuoluat, sed non inspendat, dicit resolutum Nicol. Garc. d. p. 11. cap. 2. num. 11.

Per hoc decretum tollitur consuetudo immemorialis, vt in illis beneficijs vnitatis deseruatur per Capellanos amouibiles, si aliter Episcopo videbitur, ita refert decissum Nicol. Garc. d. c. 2. num. 7.

¶ Priuilegijs. ] Non tamen remunerationis gratia concessis, ex quibus beneficium esset vnium cum clausula ponendi Vicarium ad nutum amouibilem, vt per Flores de Mena d. q. 10. num. 46. Sanch. d. c. 29. num. 191. vers. 4. fallit, aduertentes sub generali priuilegiorum derogatione, quam apponit text. in praesenti, non includi priuilegia remunerationis causa concessa; limitant tamen, ille num. 49. & 50. hic vero in vers. ultimo fallit, dictis locis, nisi ex priuilegio Pontificio post huiusmodi decretum concessio vnium esset beneficium parochiale, cum clausula instituendi Vicarium ad nutum amouibilem, tunc enim aiunt minime posse Episcopum contra id priuilegium Vicarium perpetuum constituere, dummodo illud ex certa scientia, aut Motu proprio concessum esset, aut cum expressa Tridentini derogatione.

Ecclesias exemptas quascunque Ordinarij locorum visitant vt reparentur, & cura animarum sollicitè habeatur.

C A P V T VIII.

- 1 Doctores de materia huius cap. agentes.  
2 Visitare potest Episcopus quascunque Ecclesias se-  
Coll. Barbos. in Concil. Trid.

culares intra fines suae diocesis existentes, etiam si ad Regulares pertineant.

- 3 Episcopus cuius Cathedralis est proximior, potest visitare quascunque Ecclesias seculares nullius diocesis quantumcumque exemptas.
- 4 Confraternitates personarum secularium in Ecclesijs Regularium exemptorum existentes, non autem Capellas, vel altaria, visitare potest Episcopus.
- 5 Altaria, & Capellas in Regularium Ecclesijs etiam per seculares confraternitates constructa visitare non potest Episcopus.
- 6 Monasteria monialium Regularibus subiecta visitare potest Episcopus in his omnibus, quae ad clausuram spectant.
- 7 Capitulum Sede vacante potest visitare monasteria monialium non exempta.
- 8 Dignitatem exemptam potest Episcopus visitare in concernentibus curam animarum illi annexam.
- 9 Visitare potest Episcopus Ecclesias curatas unitas monasterijs, & ponere in eis Vicarios perpetuos, siue temporarios, prout expedire videbitur.
- 10 Visitare potest Episcopus Ecclesias exemptas inferioribus Pralatis subiectas.
- 11 Et quas Abbas S. Benedicti in eius diocesi sitas habet.
- 12 Visitare potest Episcopus omnes Ecclesias parochiales Regularium sua diocesis, quando in eis cura exercetur per Sacerdotes seculares.
- 13 Visitare potest Episcopus omnes parochiales sua diocesis, etiamsi monasteria praeponderent habere iurisdictionem spiritualem immutabilem in locis ubi dicta Ecclesia sita sunt.
- 14 Altare membrum Religionis S. Antonij Viennensis, quod cura caret animarum, non potest visitare Episcopus.
- 15 Visitare non potest Episcopus loca Ecclesiarum

Infra sess.  
24. de relig.  
c. 9. & sess. 21  
c. 8. Concil.  
Tol. 4. c. 35.  
Conc. Bragan.  
gen. 2. cap. 1.  
Conc. Aurel.  
c. 17. cap. de  
cernimus.  
c. Episcopum  
& c. placuit.  
10. q. 1.

**L**ocorum Ordinarij Ecclesias quascunque, & quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica, singulis annis visitare teneantur, & opportunis iuris remedijs providere, vt, quae reparatione indigent, reparentur: & cura animarum, si qua illis imminet, alijsque debitis obsequijs minime defraudetur: appellacionibus, & privilegijs, consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore praescriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus exclusis.

1. Vide Fr. Emman. *quasi regul. tom. 1. quasi. 36. art. 3. Zecrol. in praxi Episcop. p. 1. verb. visitatio. & p. 2. verb. exemptas. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 8. Villacieg. in speculo visitat. fol. 32. num. 7. Erasim. a Cochier de iurisdic. Ordinarij in exemptis. p. 2. q. 45. num. 11. & p. 4. q. 23. num. 2. Azor. in situ. moral. p. 2. lib. 3. c. 40. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1391. Armendar. in addit. ad recop. legum Navarrae lib. 2. tit. 6. de visitat. l. 5. §. 2. num. 13. 14. & 83. cum multis segg. Aldan. in compend. canon. resolut. lib. 1. tit. 7. metiptum de officio. & potest. Episcop. p. 2. alleg. 74. per tot. Hieron. Roder. in compend. quasi. regul. resol. 15. num. 15.*
2. Visitare potest Episcopus quascunque Ecclesias seculares intra fines inae diocesis existentes vigore huius decreti, etiamsi ad Regulares pertineant, & ab eis dependant, dum tamen per seculares eis deseruiatur, ita refert decimum Armendar. d. tit. 6. de visitat. l. 5. §. 2. num. 3.
3. Ecclesias seculares nullius diocesis quantumcumque exemptas, & Sedes Apost. immediate subiectas, earumque Praelatum secularem habentem in eis iurisdictionem quasi Episcopalem, potest Episcopus, cuius Cathedralis Ecclesia est proximior, visitare, vigore Concil. sess. 24. de reformat. cap. 9. ita refert resolutum Armendar. d. tit. 6. de visitat. l. 5. §. 2. num. 13.
4. Visitare potest Episcopus Confraternitates personarum secularium in Ecclesijs Regularium exemptorum existentes, non autem Capellas, vel altaria, quae iura eandem Ecclesias existunt, ita testatur resolutum Armendar. d. tit. 6. de visitat. l. 5. §. 2. num. 14.

- Regularium non habentium curam animarum in quibus asseruatur sanctissimum Sacramentum, vel ubi confessiones personarum secularium audiuntur.
- 16 Ordinarij se non possunt interponere ad visitandum, ubi Equites Hierosolymitani habent iurisdictionem spiritualem, & temporalem.
- 17 Parochiales Ecclesiae, etiam quae sunt capita Ordinum, ab Ordinarijs visitari debent.
- 18 Visitari non possunt ab Ordinarijs Regulares inseruientes de licentia suorum superiorum beneficijs simplicibus, quae sunt membra monasteriorum.
- 19 Prioratum Militum Hierosolymitanorum Ordinarijs visitare non potest.
- 20 Prioratus, qui suis capitibus subsunt, ab Episcopis visitari non possunt.
- 21 Ecclesiae Militum Hierosolymitanorum sunt exemptae a visitatione Episcoporum, nisi in concernentibus ipsam curam.
- 22 Episcopus visitans in vim Concilij locum exemptum non potest processu iudicialiter confiscare, causasque ordinarias cognoscere.
- 23 Visitare potest Episcopus tanquam Sedis Apost. delegatus Parochialem subiectam Monachis Oliuetanis.
- 24 Subdelegare potest Episcopus, specialiter tamen, facultatem visitandi Ecclesiam collegiatam exemptam.
- 25 Procedit in inferioribus habentibus iura Episcopalia.
- 26 Capelle regie huic decreto subiiciuntur.
- 27 Non censetur sustulisse rem indicatam, nec concordiam.
- 28 Episcopus in visitatione non potest recusari tanquam suspectus.

Visitare potest Episcopus confraternitates secularium in regularium Ecclesijs erectas, & in illas iurisdictionem ad facti Concil. Trident. praescriptum exercere, quacumque contraria consuetudine non obstantem, ita Aldan. d. tit. 7. num. 2. ubi refert decimum in S. Congregat. Episcop. in Vercellen. 17. Julij 1615.

Visitare non potest Episcopus Altaria, & Cappellas in Regularium Ecclesijs, etiam per seculares confraternitates constructa, ex Aldan. d. tit. 7. num. 3. ubi testatur resolutum in S. Congreg. Episcop. in Papien. 21. Augusti 1615. & in Terracoen. 22. Ianuarij 1616.

Visitare potest Episcopus monasteria Regularibus subiecta in his omnibus, quae ad clausuram pertinent, etiamsi moniales sint Regularibus subiectae, quoties verè cognouerit expedire, ita refert decimum Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 17. & 18. Et circa clausuram delinquentes potest Episcopus tanquam ad hoc Sedes Apost. delegatus punire, quoties & quando opus fuerit, sicut statuit Gregorius XV. in sua constitut. incip. Insuperabili, sub dat. 9. Februarij 1622.

Capitulum Sede vacante potest visitare etiam monasteria monialium non exempta, exempta verò minime, ita referunt resolutum Nicol. Garc. de benefice. part. 5. cap. 7. num. 45. Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 84.

Dignitatem exemptam potest Episcopus visitare in concernentibus curam animarum illi annexam, ita Aldan. d. tit. 7. num. 5. ubi refert sic decimum in Hispan. 18. Augusti 1628.

Eccle-

9. Ecclesias curatas vnitae monasterijs potest Episcopus Ordinarius loci visitare, & ponere in eis Vicarios perpetuos, siue temporaneos, prout eis expedire videbitur, vt testatur resolutum Armendar. d. tit. 6. nu. 85. quem refero Ego ipse d. alleg. 74. num. 14.
10. Ecclesias exemptas etiam inferioribus Prelatis subiectas potest Episcopus visitare, sicut tradit Armendar. dicto tit. 6. de visitat. num. 86.
11. Episcopus potest visitare Ecclesias, quas Abbas S. Benedicti in eius diocesi sitas habet, modo in eis cura animarum exerceatur per Sacerdotes seculares, vt per Armendar. d. tit. 6. num. 87.
12. Visitare potest Episcopus omnes Parochiales suae diocesis, in quibus sunt Sacerdotes seculares, licet Ecclesiae sint Regularibus subiectae, siue etiam si sint Ecclesiae Regularium, quando tamen cura exerceatur per Sacerdotes seculares, ex Armendar. d. tit. 6. num. 88. quem refero d. alleg. 74. num. 12.
13. Visitare potest Episcopus omnes Parochiales suae diocesis, etiam si monasteria praetenderent habere iurisdictionem spiritualem immutabilem in locis vbi dicte Ecclesiae sitae sunt, vt refert decimum Armendar. d. tit. 6. num. 89. quem cito d. alleg. 74. num. 12.
14. Episcopus non habet ius visitandi facellum, vel altare quod cura caret animarum, & membrum sit religionis S. Antonij Viennensis, vt attestatur resolutum Armendar. d. tit. 6. num. 90.
15. Et posita constitutione Gregorij XV. incip. *Inseruabili*, sub dat. 9. Februarij 1622. decimum sicut Episcopis non licere in vim eiusdem constitutionis visitare altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum secularium, nec loca vbi in eisdem Ecclesijs asseruatur sanctissimum Sacramentum, vel vbi confessiones personarum secularium audiuntur, quam decisionem originalem praemanibus habui, & in topographia Romanae Camerae Apost. impressam vidi.  
Licet Episcopi visitate possint Ecclesias, quibus imminet cura animarum, non comprehenduntur tamen monasteria, & Ecclesiae Regularium, quando sunt Ecclesiae in diocesi, ita refert decimum Armendar. d. tit. 6. num. 93.
16. Vbi Equites Hierosolymitani habent iurisdictionem spiritualem, & temporalem, ibi Ordinarius non possunt interponere ad visitandum, vt testatur resolutum Armendar. d. tit. 6. de visitat. n. 94. quem refero d. alleg. 74. n. 26. in fine.
17. Parochiales Ecclesiae vnitae monasterijs, etiam quae sunt capita Ordinum, ab Ordinarijs visitari debent, vt ait resolutum Armendar. d. tit. 6. n. 95.
18. Regulares inferuentes de licentia suorum superiorum beneficijs simplicibus, quae sunt tamen membra monasteriorum, seu Religionis, non possunt visitari ab Ordinarijs, ex Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 96.  
Episcopus incumbens correctioni, & visitationi exemptorum vigore facultatis sibi tanquam Sedis Apost. delegato a Concil. tributa, potest procedere contra conseruatores impediens, praesertim si illi extra diocesim commorentur, vt per Armendar. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 75.
19. Prioratum Militum Hierosolymitanorum Ordinarius visitare non potest, cum illi sint Prapostores, non vero Commendatarij, sed visitari debet a Capitulis sui Ordinis, ita Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 101. quem refero d. alleg. 74. n. 27.

Prioratus, qui suis capitibus subsunt, etiam Ordinarius Hierosolymitani, ab Episcopis visitari non possunt, vt refert decimum Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 103.

Ecclesiae Militum Hierosolymitanorum sunt exemptae privilegij summi Pontificis a visitatione Episcoporum, praeterquam si fuerint curatae, sicut testatur resolutum Armendar. d. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 6. In concernentibus vero ipsam curam Ordinario sunt subiectae, & ab eo visitari possunt, vt decreuit sanctae mem. Pius V. constit. sua, incip. *Exposcit*, sub dat. 22. Septembris 1571. & referunt Piafec. in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 46. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resolut. 176. Etiam a Cochier de iurisdict. Ordinarij in exemptis, part. 2. q. 45. num. 11. quos adduco d. alleg. 74. num. 26.

Episcopus visitans in vim Concilij locum exemptum, seu nullius diocesis, non potest processus iudicialiter conficere causasque ordinarias cognoscere, ac definire, ita Aldan. d. tit. 7. num. 6. vbi sic decimum fuisse refert sub die 8. Iulij 1619.

Visitare potest Episcopus tanquam Sedis Apostol. delegatus Parochialem subiectam Monachis Oliuetanis, & hoc debet exprimere, & Abbas potest concedere decreta cumulatiue cum Episcopo, sed quatenus sint contraria debent praeualere decreta Episcopi, vt Aldan. d. tit. 7. num. 7. vbi attestatur ita fuisse resolutum in Veronen. 29. Iulij 1628.

Subdelegare potest Episcopus facultatem visitandi Ecclesiam collegiatam exemptam, sed opus est subdelegatione specialia, ex Aldan. d. tit. 7. num. 8. vbi refert decimum in Lucana 1. Februarij 1631.

a. *Locorum Ordinarij*. ] Procedere in inferioribus habentibus iura Episcopalia, tenuit Rota in Piscien. seu nullius iurisdictionis 16. Nouembris 1593. coram Gispio. impressa decij 798. apud Farinac. in collect. nouiss. alias p. 4. diuersor. Aloys. Ricc. in praxi resolut. 538. num. 2. in 2. edit.

Abbas, qui exercet iurisdictionem in aliquo territorio ex consuetudine immemoriali confirmata a Sede Apostol. non obstat hoc decretum quia possit visitare Ecclesias, Rota in Salamantina iurisdictionis 9. Maij 1594. coram Seraphino.

b. *Quomodolibet exemptas*. ] Capella regiae huic decreto subiungitur, quia reseruatio exemptionis, de qua sess. 24. cap. 11. procedit iuxta terminos cap. cum Capella, de priuileg. solum quoad suspensionem, vel excommunicationem, aut interdictionem, non quoad visitationem, ita Rota decij. 744. p. 1. diuersor. Couar. practice. cap. 11. num. 5.

c. *Privilegijs consuetudinibus, &c.* ] Non censetur sustulisse nec rem iudicatam, nec concordiam, vt per Nicol. Garc. de benefice. p. 3. cap. 2. num. 202. Non derogat sententiae, & concordiae, quae Episcopum a visitatione excludit, cum enim faciat diuersas derogationes, cesset alijs non expressis nonuisse derogare, idem Garc. d. e. 2. n. 202.

d. *Et illorum inhibitionibus penitus exclusis*. ] Non potest Episcopus in visitatione recusari tanquam suspectum, dum tamen in ea processum non compleat, & se intra visitationis terminos contineat, sicut etiam in preparatoria inquisitione non potest vt suspectum recusari, nec probatione, vel allegatione suspicionis impediti, quominus poena extraordinariae, quae morum correctionem, & emendationem respiciat, visitatos afficere possit, referunt decimum Thom. Valasc. tom. 1. alleg. iuris alleg. 70. nu. 7. Curi Philip p. 1. §. 7. num. 10. Armendar. d. tit. 6. de visitat. nu. 7. et 8. vbi num. 34. secus asserit, si in visitando modum excesserit.

Consecrationis munus infra tres menses Episcopi suscipere tenentur.

C A P V T I X.

1 Doctores de materia cap. agentes.

AD maiores Ecclesias promoti a munus consecrationis infra tempus a iure statutum suscipiant, & prorogationes ultra sex menses concessa nulli suffragentur.

Barbof. Collect. in Concil. Trid.

E 3 Vide

« Sess. 25. c. quoniam quidam dist. 100. & infra sess. 23. de reformat. c. 2.